

annos serviit pro filiabus *Lea & Rachele*, Anno. M<sup>o</sup>  
 nec nō pro gregibus. Quo tempore Dei mo- 2949.  
 nitu cum uxoribus & liberis redeuntem in  
 patriam persecutus est Laban hinc; illinc ar-  
 matus ipsi occurrit Esavus cum copiis : sed  
 ab utriusque injuriis liberavit ipsum Domi-  
 nus, tandēque ad Patrem reduxit Hebro-  
 nem, qui dulcissimi filii consuetudine re-  
 creatus diu superfuit. Mortuus anno æta-  
 tis 180.

*Jacobus* reversus in Cananæam, Sichemi 2109.  
 substitit, extructoque altari gratias Deo e-  
 git. Sed stupro *Dinæ* filix oblato, à fratribus  
 severissimè vindicato, jussu divino perrexit  
 in *Bethel* ut votum persolveret. *Bethele*  
 movens *Bethlehemum* in itinere *Rachelem*  
 amittit ex partu *Benjaminis* : post aliis cala-  
 mitatibus domesticis exercetur. Filius  
 ejus *Joseph*, quod fratrum vitia detegeret, &  
 somniis Divinis paternæ familiæ princeps  
 prænunciaretur, odium eorum incurrit.  
 Hi occidere ipsum conati, tandem vendi-  
 derunt Midianitis deportandum in *Ægy-*  
*ptum*. Serviit ibi in aula Satrapæ cujus-  
 dam, sed propter calumnias Heræ, quasi  
 pudicitix ipsius insidiatus esset, in carcerem  
 conjicitur. Ibi somnia captivorum inter-  
 pretatus est convenienter eventui. *Pharao-*  
*nis* quoque somnium veraciter exposuit,  
 prædicens septennium ubertatis atque fa-  
 mis & consilium suum pro re adjungens :  
 unde ad amplissimam dignitatem evectus  
 annonæ præfectus fuit. Hac occasione e-